



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 100. Joannes Franciscus Cardinalis Albanus in Papam electus, &
Clemens XI. nominatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Annuebant suis quoque suffragiis cuncti Sæc. XVII.
 Cardinales, quos Zelantes vocant, his A. C. 1700.
 pariter accessere alii Ottobono Cardi-
 nali adhærentes: altero igitur die jam-
 jam in proxima scrutatione præfatus
 Cardinalis Albanus quadraginta suffra-
 gia solus tulerat: Huic ergo ceteri
 quoque Purpurati summa ac plane in-
 sueta animorum studiorumque consen-
 sione supremam Ecclesiæ dignitatem
 offerunt, ac ceteris æmulis, etsi
 ætate multum superiores essent, præ-
 termisissis eundem in Papam procla-
 mant, quamvis quinquagesimum pri-
 mum ætatis suæ annum vix excessisset,
 præteritisque temporibus senectus præ-
 validum suffragium in Pontificum ele-
 ctionibus esse consuevisset.

§. C.

*Joannes Franciscus Cardinalis Al-
 banus in Papam electus, & Cle-
 mens XI. nominatus.*

Communi Purpuratorum consensu Misson. Itin.
 peracta electione, solus Cardinalis append.
 Albanus se tanto honore indignissimum, pag. 379.
 tantoque oneri imparem reputabat: Act. Lippf.
 quocirca fufis largiter lacrimis copio- Epist. fam.
 sisque precibus Tiaram Pontificiam Zalusky
 in digniorem se transferri non modo ro- tom. 2.
 gabat, sed & præcipiebat, utque Pur-
 pura-

Sæc. XVII. puratos ad sua vota eo validius incli-
 A. C. 1700. naret, eo etiam utebatur argumento,
asserens, se tenero nimis affectu am-
 p'ecti familiam suam, proin vereri, ne
 superatus ab hoc amore Bullam contra
 Nepotismum nuper editam, suoque o-
 lim chirographo ac juramento firma-
 tam non sine perjurio, omniumque
 offensione violaret: Integrum triduum
 non sine raro modestiæ exemplo tenuit
 Albani cunctatio, deprecatio, ac con-
 stans repugnantia: nec ullo pacto ejus
 animus expugnari potuisset, nisi ex
 Theologis celeberrimi eidem demon-
 strassent, quod spectata Electorum in
 proposito firmitate, ex qua Dei volun-
 tas sat luculenter pateret, diutius factæ
 electioni sine gravi noxa obsistere haud
 posset: Tandem ergo horum consiliis
 cessit, ac inter suspiria & lacrimas ma-
 nus ad Ecclesiæ clavum admovit, at-
 que in honorem S. Clementis Papæ &
 Martyris, cujus memoria eo die re-
 colebatur, Clementis XI. nomen assump-
 sit. Nondum erat Episcopali digni-
 tate insignitus, quocirca a Cardinali
 Bullionio Episcopus consecratus, die
 octava Decembris Pontificia tiara so-
 lemni ritu inter festivas Urbis & Orbis
 acclamationes coronatus est. Vix Pon-
 tificatum auspicatus erat, cum illico
 suis Consanguineis denuntiaret, se de
 Con-

Constitutione Prædecessoris sui contra Nepotismum ne latum unquam discessurum. Haud silentio prætereundum videtur, a probatæ fidei Scriptoribus referri, quod statim post Innocenti XII. obitum Andreas Chrysofomus Zaluski Warmiensis Episcopus omnium Cardinalium nomina separatis schedulis inscripserit, easque in urnam conjici & per Nepotem suum, quinquennem puerum unam extrahi jufferit, solum autem Francisci Albani nomen tribus vicibus ex urna a præfato puero extractum fuerit.

Sæc. XVII.
A. C. 1700.

§. CI.

Hujus Pontificis gesta ante Pontificatum.

Natus erat Joannes Franciscus Urbini die vigesima tertia Julii anno Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo nono ex illustri ac prædivite Albanorum familia: Nondum attigerat tertium ætatis annum, cum jamjam Helena Mosca Matre sua orbatus esset: a suo tamen Patre Carolo, cui sedulâ Filii sui educatio maxime cordi erat, undecim annos natus Romam perductus, ibidem liberalibus disciplinis, eloquentiæ præfertim, moxque gravioribus Philosophiæ & Theologiæ, ac
utrius-